



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

93. An ad valorem matrimonij sufficiat, vt Parochus & testes audiant  
contrahentes, vel opus est illos videre. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 68. p.  
392.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

facta ab Excommunicato vitando, valida censeri debet, ut benè Saneb.lib.3 de matr. disp. 2.1. Henr. lib. 1. c. 3; Rebello.lib.2 de obligat. infir. q. 9. n. 9. Bonacina de marim. q. 2. punct. 8. n. 21. & de censur. disp. 2. punct. 5. n. 1. Gaspar Hurtado disp. 7. diffic. 2. Paul. Layman lib. 1. sunn. tract. 5. part. 2. c. 3. n. 15. in fine. Coninch. disp. 27. dub. 2. concis. 7. Neque obstat excommunicatum vitandum testem esse non posse: quia Parochus matrimonio assistens non est testis deponens, sed inspiciens; inspicere autem matrimonium, illiusque praesentem esse, vt postmodum testificari possit, validè potest ab excommunicato vitando p. stari.

5. Et tandem nota, quod Marianus Socinus in cap. sacris. n. 40. 5. de sentent. excom. Vasquez de excom. dub. 5. Gaspar Hurtado disp. 8. difficult. 6. negant esse fidem adhibendam in testimonio excommunicato vitando, iuxta textum in cap. nullus 3. que. 3. 4.

6. Sed mihi placet opinio contraria, nam eti. ope exceptionis dicta depositio irritari potest, vt docent Coninch. Suarez, & alij vbi supra, & colligunt aper- te ex c. 1. de exceptionibus in 9. & ex cap. excommuni- canus §. credentes de hereticis, vbi testimonium excommunicari ob hæresis fautoriam nullum declaratur tacite innuens ob aliam causam valere. Etenim actus annullatio afferenda non est absque manifesto textu, & ratione, nullibi autem invenitur testimonium excommunicati irritari; ergo. Quod autem praedicto testimonio non sit necessarii fides adhibenda; sed possit ope exceptionis elidi, id solum probat eius valorem non esse firmum, non tamen conuincit validum non esse, dum non excipitur; In- terim namque fides ei est adhibenda.

## RESOL. XCIII.

*An ad valorem matrimonij sufficiat, ut Parochus, & testes audiantur contrahentes, vel opus sit illos videre?*  
Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 68.

§. 1. **N**on sufficere illos audire, docet Franciscus Molinus de rit. nupt. lib. 2. differ. 11. n. 120, & post illum Augustinus Barbosa de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 32. num. 86. vbi sic ait. Infertur praesentiam Parochi in matrimonio ita requiri, ut nedium intelligere oporteat, cum quid agitur, sed vt videat: nam insufficientis erit si contrahentes matrimonium à tergo essent aliquius parietis, vel vbi Parochus infirmitate, seu alio causa cæsus effectus esset, & non videret; quia ideo Parochi praesentia requiriunt, vt ea tot mala & scandala, quæ in dies oriebantur, ex clandestino matrimonio cessarent. Atque ideo licet cæsus retineat dignitatem, l. qui furor eff. de statu homin. lib. cœns. de iudicio, licet etiam possit testificari de his, quæ ante cæcitatem videntur, vbi notas contrahentium voces audiuntur; in his autem, in quibus facile decipi posset, non integer testis est, quo in casu multum iudicis arbitrio tribuendum est. Hucusque Barbosa.

2. Sed ego contrae sententia adhæresco, quam tuetur Sanch. de marim. lib. 3. disp. 39. n. 3. Gutierrez c. 69. n. 4. Filliarius 10. 1. tract. 10. c. 6. n. 224. Rebello. part. 2. lib. 2. quastio. 8. num. 7. Fernandez in exam. Theol. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 9. Basilius Pontius lib. 5. cap. 21. num. 8. quibus omnibus addit sacram Rotam decif. 634. num. 4. apud Buratum, & ibi do- dum & amicissimum Ferentillum litter. A. vbi docet non esse necessarium testes videre partes contrahentes, sed sufficere illos verba contractus, etiam intermedia cortina, vel pariete audire, quando habent notam vocem contrahentium. Vide etiam circa præ-

sentem quæstionem Gratian. 10. 5. c. 349. n. 20. & 173. Ad id vero quod assertit amicissimum Barbosa respondet, quod dicit cæsus regulariter repellunt testimonio in iis, que cæcitatibus tempore concubante, & sit communis Canonistarum, & Legistarum sententia, quod solus auditus in testibus non sufficit, sed requiritur praesentia, & visus; ut uadon. Mardi- cardus de probationibus, verbis cœcis, cœns. 10. 278. Farinacius de testibus, que. 61. num. 19. & seqq. & Doctores ab iisdem citati. Nihilominus hec communis sententia, seu regula limitatur, ut non procedat in his, quæ non viu percepuntur, sed audiuntur; de quibus potest cœsus esse legitimus testis dummodo loquacium voces habeat, non rite potest testificari super verbis stipulationis, & tractus à contrahentibus prolati; si modo voces loquentis notam, & prob cognitam habent; in Mascaldis disp. concl. 178. num. 10. & 16. Metzodus que. 61. num. 14. & que. 69. num. 164.

## RESOL. XCIV.

*An sit validum matrimonium initium cum parte ad id non specialiter vocato, sed ea uocata? Et in textu huic Resolutionis adiuuimus p. vnu- bium, & faciūm pro præxi predicta difficiunt?*  
Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 16.

§. 1. **N**egatiue responderet Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 9. disp. 6. que. 3. quia ut Parochus dicatur praefens Matrimonio requirit necessario, vt sit ad eum calum formulariter adhibitus, vocatus, & rogatus. Vnde si Parochus, cal adfir- ri, etiam si coram illo contrahatur matrimonium, nullum erit, nisi forte Parochum transuentem monerant prius contrahentes, le velle contrahentes, qui tunc valebit gradum tunc Parochio sustinente, & ve-idente contrahere. Sic declaratum fuit non melius, ac iterum à Congregatione Cardinalium quoniam de- clarations extant apud Farinacium. Prima pag. 268. Secunda, pag. 273. quam etiam adducit Rebellius 1. part. in fine lib. 4. pag. mibi 394. Quia sic se habet: Parochus ita praefens Matrimonio debet eff. et appareat à contrahentibus hac decusa adhibiri sup- se. Tertia pag. 276. Vnde, si quis transuent illic Parocho, ita altè proficeret verba contractus, vt addi- ret Parochus, nihil ageret. Sic Balduinus lib. 1. cap. 1. num. 4. dicens, post tot declarations Cardinalium, amplius de hoc dubitare non licet. Hoc uique Petrus Leandrus, qui citat etiam Bonacinan; quibus ego addo Campanilem, in Diner. Iur. Can. Rubrica 1. fin. Vallensem in Decret. lib. 4. tit. 3. num. 8. Gonzalez in Regul. Cancell. glossa 48. à num. 32. Borellum in Sem- ma, decif. tom. 3. tit. 1. num. 366. & nouissime Ami- cum in Cur. Theol. tom. 9. disp. 7. sect. 11. num. 102. & Petrum Marchant in Tribun. Sacram. tom. 3. part. 1. tract. 1. tit. 7. que. 5. concl. 1.

2. Sed ego puto non esse difcedendum ab affi- mattiva sententia, quam tenetur Layman, lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 6. Sanchez, lib. 3. disp. 39. num. 11. Filliarius, tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 224. Gratianus in Addit. decif. 37. num. 8. & 9. in tom. 1. decif. Barbola de Officio Parochi, cap. 21. num. 5. & plures alii, quos citat, & sequitur Boffius de Mer. cap. 3. §. B. num. 6. qui restatur ita fuisse decisionem in fe- ci contingencia, nam cum Mediolani in quadam Ecclesia Parochiali, Parochus, qui ex probitione sibi facta ab Ordinatio, nolebat post factas deu- nicationes assistere Matrimonio duarum personarum habuum

ANTON  
Opera  
Tom. I. & II  
E III